Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dicere eorum. a timore domini in utero concepimus et peperimus spiritum salutis tuae fecimus super terram. tunc et alius intrauerit populus in uentre ipse spiritu generatur. Fructus enim spiritus est caritas gaudium pax patientia bonitas mansuetudo continentia castitas et his similia. Videralium populum qui et ipse in uentre est. sed iste minor est. ille maior. Semper enim plures sunt mali quam boni. et uitia numerosiora uirtutibus. Sed si tales sumus qualis rebecca et mereamur de isaac. id est de uerbo dei habere conceptum. et sic in nobis populus populum superabit. et maior seruiet minori. Seruiet enim caro spiritui. et uitia uirtutibus cedent. Et impleti sunt inquit dies ut pareret. et ecce gemini in utero eius. hic sermo. id est impleti sunt dies eius ut parerent. iumentum fere pro iis de sexu mulierib. inscribit. De hac quoque rebecca dictum est hoc et de elisabeth matre iohannis. et maria matre domini nostri ihu xpi. Unde mihi uidetur eximium aliquid. et praeter ceteros hominem huiuscemodi praestitisse ostendere. ex plenitudine dierum ostium profecto sobolis indicare. Exiit autem filius inquit primitiuus rubeus.